

ria illa protestatione Dei quidquam commune<sup>(9)</sup> haberet &c. Hæc igitur argumenta deinceps solvenda<sup>(10)</sup> tibi erunt, priusquam novam & <sup>(10)</sup> Solvi jam. insolentem hujus loci versionem<sup>(11)</sup> tuam, tanquam omnibus aliis me liorem, nobis amplius inculces.

2. Ne jam dicam, non tam multum inter tuam, & aliorum versionem hic interesse, ut etiam ex tua, id quod præcipue querimus, re ipsa concludi non possit. Nempe, quia *delectatio* Dei (quam ipse hic agnoscis) circa objectum tale, quale hic describitur, necessariò<sup>(12)</sup> arguit, ipsum serio velle, ut idem objectum in nobis verè existat; salva tamen semper<sup>(13)</sup> libertate illa nostra, de qua suprà non semel egimus.

<sup>(11)</sup> Non est mea: sed doctissimorum & lingue Hebreæ peritissimorum, atq; etiam fidissimorum, interpretum, Immanuelis Tremellii & Fr. Junii.

<sup>(12)</sup> Non arguit. Certè si Iudas abstinuisse à proditio ne Christi, motus mandato Dei, Non occides: Deus obedientia illa fuisset delectatus, & tamē non voluit ut ista obedientia in illo existeret: quia decreverat ut in eo existeret proditio. Actor. 2. v. 23. <sup>(13)</sup> Nempe libertate arbitrii nostri, pro qua tu tanquam pro aris & focis pugnas.

## S E C T I O C. & C I.

*Iterum de oblatione Abrahami: an scilicet, & quatenus, re ipsa effecta fuerit.*

**P**ag. 401. circa medium: de mandato Dei, quo jussit Abrahamum, ut offerret sibi filium, dicit, fuisse temptationem potius, quam mandatum.

### N O T A P I S C A T O R I S.

Immò tam 1. fuit mandatum, quam tentatio: quia textus utrumq; per se, & absq; ulla comparatione, testatur.

Ibidem dicit, mandato illi ab Abrahamo satisfactum fuisse.

### N O T A P I S C A T O R I S.

At mandatum fuit, ut Abrahamus filium Deo offerret in holocaustum: id est, ut eum 2. jugulatum combureret. Hoc Abrahamus non fecit, idque à Deo ipso prohibitus.

### R E S P O N S I O V O R S T I T.

1. Fateor, utrumque in hoc exemplo fuisse, & temptationem, & mandatum: Et quidem utrumque<sup>(1)</sup> pariter, si modò res ipsa, ex utraque parte, rectè intelligatur. Quòd autem temptationem potius, quam mandatum, hic fuisse dico, id per<sup>(2)</sup> concessionem quandam accipi debet: quoniam id respectu illius sensus dico, quem tu potissimum hic urges: quasi Deus simpliciter jussit, neque tamen verè voluerit, Isaacum sibi<sup>(3)</sup> offerri, immo etiam jugulatum<sup>(4)</sup> comburi &c. Item, quasi ex<sup>(5)</sup> solo eventu,

### N O T A P I S C A T O R I S.

<sup>(1)</sup> Si pariter: cur igitur dicitur fuisse temptationem potius quam mandatum. <sup>Certè vox illa potius est nota imparis, nempe majoris. Imò interdum ita affirmat, ut oppositum neget.</sup>

uteris ad contradicendum objectioni quam ibid. proposueras. Quomodo autem fieri potest ut eadem verba sint contradictoris & concedentis? <sup>(3.4)</sup> Offerri quidem illum voluit, sed non comburi. Et tamen hoc aquè jusserat, atque illud. <sup>(5)</sup> At ubi ego istud scripsi? Falsa criminatio.

y 2

tum. Tu enim verbis illis tradicentis & concedentis? ut eadem verba sint contradictoris & concedentis? <sup>(3.4)</sup> Offerri quidem illum voluit, sed non comburi. Et tamen hoc aquè jusserat, atque illud. <sup>(5)</sup> At ubi ego istud scripsi? Falsa criminatio.